

D. Cyr. lib. 1. Volucres caeli diverso-

ad Quir. c. 11. ria.

D. Aug. contr.

Faust. c. 48.

Tertull. lib. de Filius hominis non habet, Idololat. c. 18. ubi caput suum collo-

ALTER TEXTUS.

Luc. 9. n. 58. Dixit illi Iesus? Vulpes foveas habent, & volucres caeli nidos; si- lius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.

EXPOSITIO.

22.



COESSIT Scriba ad Dominum falli ductus opinione, existimans, ipsum lautè, & magnis opibus vivere: nam credebatur tantæ potestatis, ut eius miraculis agnoverat, omnibus abundare. Hanc fallam existimationem refutat Dominus, & huic depravatæ intentioni respondit, ut notat D. Chrysoctomus hom. 28. D. Hieronymus, Euthymius, Theophylactus, D. Thomas. Nam, cum verba Christi, ut jam dixi ex Cajetano, non convenient cum interrogatione Scribæ, sine dubio ejus intentioni aptantur. Nam, ut ait Divus Hieronymus, Quid me propter divitias, & saculæ lucris sequi vis, cum nec hospitium habeam? Ac si dicat Vide quantum erras, dum ob commoditates temporales sequi vis; nam ego utpote perfectionis Magister, in strictiori paupertate dego, quam animalia terrestria, & volatilia; siquidem illa habent sua diverticula, in quæ se recipiunt, & in quibus quiescunt: at ego ne tantillum loci proprium habeo, quantum est vilibus animalibus concessum. Et ideo natum Dominum sanctissima ejus mater reclinavit in præsepio, in loco nempe alieno.

Chrysoct. Hieron. Euthym. Theophyl. D. Thom. Hieron.

Explicatio sententiæ.

23. Augult. Extrema Christi paupertas.

Chrysoct.

Dicit ei Iesus, scilicet intentioni hominis respondens, ut Augustinus, de verbis Domini Elatus, & dolosus non me sequeris, sed scilicet te, & tuas commoditates. Vulpes foveas habent, scilicet dolosæ, inutiles, & invisæ hominibus bestiolarum in agris suas obtinent foveas & commoditatum latebras. Et volucres caeli nidos, scilicet vagæ aves etiam vendicant umbracula sua. Filius autem hominis non habet, ubi reclinet caput; ne tantillum quidem habet proprium. Vivebat, & debebat in alienis domibus. Scriba audiens hæc Christi verba nihil respondit, ut ex Chrysoctomo jam notavi quæst. 2. in fine. Cur autem Christus Dominus frequenter appelleret filium hominis, jam explicavi hoc lib. cap. 3. q. 32.

QUÆSTIO IV.

Quare Dominus Scriba respondeat suam ei obijciendo paupertatem.

LITTERALEM, ac germanam hujus rei rationem jam explicavi in expositione. Per hæc enim respondit Dominus, ut inquit Chrysoctomus homil. 28. & Abulensis quæst. 58. non ad interrogationem verborum, sed ad consilium mentis, & ut ei declararet, quantum ipse Scriba aberrabat, cum Dominus non optulenter viveret, nec divitias quæreret, sed in extrema paupertate degeret, ut satis est dictum, & docent Patres citati quæst. 2. Nunc accipe Euthymium: Vulpes, inquit, & volucres caeli, sum pauperior, neque enim receptaculum habeo, nec quantum sufficiat ad caput tantum reclinandum. Tales enim esse volo & eos, qui me sequantur. Itaque frustra suscipiamus es, & in vanum sperasti. Et hoc patto dupliciter illum juvit: & manifestando, quod anima illius arcana nosset, & illum non manifestè arguendo, sed ipsi soli reprehensionem aperiendo, ut & pudorem effugeret, & si vellet corrigeretur. Tres rationes hic apponit. Primò Dominus hac reprehensione avaritiam Scribæ damnat, & suam paupertatem declarat. Secundò, Manifestando, quod illius anime arcana nosset, dum ad hominis intentionem respondit, clarè se esse Deum ostendit, qui corda hominum penetrat. Tertiò, Et illum manifestè arguens, his verbis dum ad ejus intentionem respondit Dominus, eum reprehendit, & corripit, sed quodammodo occultè, & in secreto; nam Scriba bene suam intentionem agnoscebat, ut ita ipse, si vellet, posset emendari, & tamen pudore erga alios non afficiatur: Ut pudorem effugeret, & si vellet, corrigeretur.

Chrysoct. Abulens.

Euthym.

Christi paupertas.

Reprehensio si occulta, ut corrigat. & verecundiæ non afficiat.

25. Abulens.

Aliquando Rex in suis mandatis rationem reddat.

26. Basil. Seleuc.

Dona & gratia accepta non ordinantur ad lucrum.

Quartò responderet Abulensis quæst. 58. Prudentissimè Dominus ita respondit. Nam, si absolutes Scribam repelleret, non expressa causa, cum ipse rem bonam peteret, nempe Christi discipulatum, admirarentur turba, & multi scandalizarentur, putantes fortè, quod eum repelleret, quia vit peritus doctusque erat; ideo expressit causam; ut omnibus fieret manifestum, quod ob illius avaritiam, superbiam, ac malam intentione eum ad suum discipulatum non admittebat, cum ipse suis Discipulis præciperet: Nolite portare aurum, nec argentum in zonis vestris; valde enim perutile, est, ut Rex in suis mandatis, atque decretis causam opponat, ut populi sententiæ amputentur, & multorum scandalum evitetur.

Quintò, D. Basilus Seleucus. Orat. 28. ait: Quid miraculorum fingis desiderium, cum pecuniarum vincat animus? Quid ob questum divitiarum paupertatis adisti legislatores? Pecuniis miracula non actantur. Inspice me, qui ex auctoritate patro miracula, volucris pauperiorum. Non ex miraculis aurum legitur, neque nobis hoc admirabilium rerum lucrum est. Nullo alio in loco, quantum recordor, tam exactam Dominus, rigorosamque suam explicavit paupertatem, ut hoc in præsentem; non enim est passus, ut iste Scriba suspicaretur, quod ipse miracula, ac mirabilia ederet; ut pecuniam ac opes compararet. Valde enim turpe est, & divinæ gratiæ in temporale lucrum

lucrum ordinentur. Non ex miraculis aurum legitur.

27. Ait Michæas cap. 3. num. 11. Propheta ejus in pecunia divitiabant, propterea causa vestri Sion quasi ager arabium. Extrema populi ruina apponitur, & causa redditur, quia usu prophetiæ ob questus captandos fiebat. D. Cyrillos Alexandrinus ibi, sic ait: Nefarium planè est, pietatem quaestibus occasione facere, & res divinas arguendo pecunia viam arbitrari. Postquam Naaman miraculosè sanatus est ab Elifæo, obtulit ei magna munera, quæ Propheta noluit recipere, eumque emittit in pace. Quod videns Giezi currit, & ab ipso Naaman accepit duo talenta aurea, ac duplices vestes. Et postea reversus, cum steteret ante suam Magistram, dixit ei tunc ipse: Leprosus Naaman adheret tibi, & semini tuo in sempiternum. 4. Reg. 5. num. 28. Sed in quo deliquerunt Giezi filij, ut tanto supplicio afficerentur? maximè noluit Propheta, quod alicui posset in mentem venire, quod ipse ob miracula facta in Naaman ab ipso munera accepisset, & ideo lepram in Giezim, ac semen ejus in sempiternum infixit tanquam perenne memoriale tam avaritiæ Giezi, quam integerrimæ puritatis ipsius Prophetæ. Abulensis quæst. 43. In Posleritate Giezi duravit plaga illa magno tempore, ut omnibus saculis futuris retineretur memoria peccati Giezi.

Grave malum, res divina ad lucrum captandum retrahere.

4. Reg. 5. Maximè fugiendum, ne res divine ordinentur ad lucrum.

Abulens.

QUÆSTIO V.

Quare Dominus respondeat Scribæ exemplo vulpium, & volucrum caeli?

28.

Clem. Alex.

Divitias comitatur superbia.

29. Euthym.

GERMANAM, ac litteralem rationem hujus difficultatis jam dedi superiori quæstione. De sensu morali in præsentem agimus. Primò Clemens Alexandrinus lib. 4. Strommat. Ergo, ait, qui in effodiendis, & infodiendis divitiis versantur, homines pravos, & planè terra filios vulpes Christus appellavit. Divites rapaces, qui multis dolis versantur in acquirendis suis divitiis, & eas in suis thesauris tanquam in foveis recondunt, vulpes dicit. Et quia dives suis divitiis superbestit, vulpibus adjunxit Christus volucres caeli propter superbiam, illæ enim in excelsis, ac sublimibus locis nidos suos construunt. At filius hominis, nec habet foveas, nec nidos, nec thesauros, nec magnam, nec parvam domum, itaut nec cubile quidem habeat, in quo reclinet caput.

Secundò Euthymius sic ex aliis refert: Quidam verò dicunt, quod præcognoscens eum Christus non solum pecuniarum amoris servientem, sed aliis quoque affectibus, anagogicè responderit, Vulpes, ac volucres appellans Dæmones propter dolum illorum, quod seminant, ac fructibus virtutum insidiantur. Ac si diceret: Dæmones quidem foveas, ac nidos in te habent; ego autem neque brevissimam requiem apud animam tuam invenio. Per vulpes ob dolum intelliguntur Dæmones; & ob hanc etiam causam Dominus Herodem vulpem appellavit: Dicite vulpi illi. Luc. 13. n. 13. Per volucres caeli, Dæmones significantur, ut etiam notat D. Thomas: Venerunt volucres caeli, Matth. 13. n. 4. Nam ad præsens institutum, sicut vulpes, &

Luc. 11. D. Thom. Matth. 13.

volucres demoliuntur, ac devastant femina, ac fructus terræ, ita Dæmones virtutum plantationes eradicatè conantur, multaque machinantur in illas. Cum ergo, ait Dominus, in te, o Scriba, Dæmones suas foveas, nidos, ac receptacula habeant? Idem est ac si diceret, ego in corde tuo non invenio sedem, neque requiem: Deus enim & Belial cohabitare non possunt.

Tertiò, D. Paschalius lib. 5. in Matth. In omnibus, ait, qui foveas habent pravitatis, & Dæmones paschali nificiant, filius hominis non habet, in quo caput reclinet. Caput, vero Christi Deus, Deus autem non nisi in mundis se reclinat menibus; fide prius in puris, ac mundans corda eorum, Caterum in eis, qui aut foveas sibi sedunt pravitatis, aut in quibus volucres Dæmonum nidificant vitiorum artibus, Deus reclinare non creditur. Per volpes, ac volucres Dæmones intelliguntur, qui foveas, ac nidos nidificant omni malitia, ac spurcitia vitiorum in cordibus hominum. Et qui tales sunt, non habet Christus in eis, ubi reclinet caput, nam caput Christi Deus, Deus autem non requiescit; nisi in puris, ac mundis corde, in quibus ipse inhabitat.

Dæmones virtutum semina arguunt fructibus demoliuntur.

30.

Deus non habitat, nisi in puris, ac mundis corde.

31. Augult. Abulens.

In doloso, ac praesente Deus non habitat.

32. Augult.

D. Ambros. Gregor.

Dolosus Christianam simplicitatem sequi non potest.

Nazianz.

Quintò, D. Augustinus in quæstionibus Evang. & Abulensis quæst. 58. inquit, quod iste Scriba propter solam curiositatem, ac jaçantiam, qui Dominum volebat, quod per aves, designatur; & tamen per quandam dolositatem, hanc suam mentem occultabat; quasi vellet Christi esse discipulus, quæ dolositas in vulpe significatur. Ait ergo Scriba Dominus, quod, cum ipse in corde suo habeat foveas, nidos jaçantiae, ac dolositatis, non est in corde suo, in quo ipse valeat reclinare.

Quintò idem D. Augustinus citatus in Catena D. Thomæ. Filius hominis, ait, non habet, ubi caput suum reclinet, scilicet in fide tua, vulpes enim habent foveas in corde tuo, quia dolosus es, volatilia caeli habent nidos in corde tuo, quia elatus es. Dolosus, & elatus non me sequeris, quomodo enim dolosus sequetur simplicitatem. Idem docent D. Ambrosius lib. 6. in Hexæmeron. cap. 8. D. Gregorius Magnus lib. 4. Moral. cap. 25. Cum ergo iste Scriba esset superbus, quod denotatur in avibus; & esset dolosus, quod exprimitur in vulpibus, non inveniebat in anima sua Christus locum, nec ipse poterat esse Christi discipulus. Quomodo enim dolus sequetur simplicitatem. Deponamus ergo dolos, ut in nobis Christum recipiamus, ut ait D. Ambrosius citatus. Noli igitur, inquit, esse fraudulentus, crudelis, immis, ut in te Christus reclinet caput. Christi simplicitas hujusmodi fraudulentam versutiam maximè fugit, quæ inter omnia vitia valde detestanda est, ut ait D. Nazianzenus orat. de Episcopis. Enimvero rerum omnium, quæ turpes sunt turpissima est simulatio.

QUÆSTIO VI.

An, & quare Dominus repulerit Scribam a suo discipulatu?

DEBITATUR in præsentem: An his verbis Christus Dominus repulerit à se Scribam? Repullsum fuisse, asserunt D. Ambrosius in cap. 9. Luc. D. Augustinus serm. 7. de verbis

33. Ambros. Augult. Gregor.

